

Badische Landesbibliothek Karlsruhe

Digitale Sammlung der Badischen Landesbibliothek Karlsruhe

**Epistolarvm [epistolarum] D. Philippi Melanchthonis
Farrago**

Melanchthon, Philipp

Basileae, 1565

VD16 -M3220

Amico cuidam

[urn:nbn:de:bsz:31-312770](#)

Præter has figuras fuit exterior uestis senatoria, quæ fuit prorsus similis tunicae honesti sacerdotis, longæ: cum manicis nec angustis, nec laxis, sed medio cibis, ut antiquæ statuae ostendunt. Et tali ueste usum esse Christum, est consentaneum: quia ciuius fuit in municipio Capernaum. Non igitur incepit palliatus, ut Pharisæi aut uulcus: sed induitus tunica senatoria, ut honesti homines in municipio Romano.

Latinis nomen stola de muliebri uestitu usurpatum est, quod tantum ostendit textus in iure: sed in Graeca lingua stola est illa longa honestior uirorum tunica. ideo in Euangelio de filio prodigo, fit mentione stolæ primæ. Et apud Xenophontem Cyaxares mittit Cyro stolam, audituro legatos in uestitu senatorio. Itaque rectè iudico illustrissimum Principem de ueste Christi existimare, non pallio usum, sed illa honestiore seu senatoria tunica. Scribā alias plura. Bene uale, Die Laurentij, Anno 1556.

Amico cuidam.

J. Roticker.

S. D. De etymologia nominis Marie, accuratius cogitandum censeo. Et si autem multi interpretantur amaros dies: tamē hanc etymologiam rectior rem iudico, Miria seu Maria doctrrix populi. Ideo nomen magis conuenit & sorori Moysi, & matri Christi. Nā mater Christi ubiq; representat Ecclesiastis

siam.

fiam. Hæc uerè doctrix est populi. Hanc omnibus officijs ornemus. Hæc breuiter nunc tibi scribo: ac uolo te mibi significare, an meæ literæ in Margari ti monte sint redditæ. Bene uale.

Amico cuidam.

S. D. Nomen oppido Perleberg, quod patriæ tuæ uicinum est, non ab ursa, sed à margarito deris uari uolo. Cum filius Dei Euangelium margarito conserat, nominis sonus eruditis gratior esse debet. Scribitur autem, margaritum gemmam nasci in concha ex rore: & generosissimum esse, cum ros ex cipitur inter tonitrua & fulgura. Sic Ecclesia pa-ficitur rore cœlesti, inter afflictiones. Etymologia est amara crustula, margarit: quia Euangeliū est sermo crucis. Ipdica gens non adpellat margaritū, sed Bargarith, quod est purissima crustula. Hanc commemorationem scripsi senatui Perlebergensi, quem hortatus sum, ut Margaritū uidelicet ornet schole conseruatione, commonefactus nomine urbis. Eas autem literas ad te mitto, ut cures senatui Perlebergensi exhiberi. Hoc tuum officiū mibi gratum est. Patri tuo, uiro prudentissimo, salutem o-pto. Bene uale: quarto Maij.

De consuetudine cibum capiendi apud ueteres.

Fuit antiqua cōsuetudo, ut accumberet ad me-
sam: